Actum In Curia Regia Branscensi Feria Quarta in Vigilia Festi Purificationis Gloriosæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

Gnorum Turoboyskie Coniugum Approbatio

Coram officio et Actis præsentibus Capitan' Castren' Branscen' sitriis comparens personaliter Generosus Olbrachtus Zamienski Burgrabius curiæ Branscensis sanus mente et Corpore existens palam publice libereq. recognovit Quia ipse inscriptionem certam in rem et personam Generosorum Achacij Turoboyski et Catherinæ Rzytelonna Coniugum manu sua et certorum amicorum subscriptam de data die hodierna Prima Februarij conscriptam et vadio sexcentorum florn. pollm. firmatam in Omnibus eiusdem inscriptionis conditionibus punctis et articulis approbant confirmant ratificant eaq. omnia ibidem exarata se de bonis suis Omnibus eum posteris suis tam in toto quam in quavis minima parte tenere adimplere perficere exequi et inviolabiliter observare inscribit sub vadio Sexcentorum florenorum Pollonp. in defectu aliorum conditionum non expletorum ad soluendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio præsenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione Omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus dilationibus vera vel simplici infirmitatibus dilationibus quibusuis appellationibus ac earum prosequtionibus alijsq. in universum iuris remedijs et defensis legalibusq. impedimentis etiam de iure et consuetudine fieri solitis se et suos successores iuri abscribendo et abrenunciando Sub ammissione sui suorumq. successorum totius et integræ causæ & confectam.

Proszenski Donatio

Coram officio et Actis præsentibus Castren' Capitan' Branscen' comparens personaliter Nobilis Nicolaus olim Matthiæ Proszenski in Proszanka Baranki h[ae]r[e]s unacum Nobili Simone Proszenski filio suo ad eandem inscriptionem annuente Sani mentibus et corporibus palam publice libereq. recognoverunt Quia Nobili Andreæ olim Mojsis Proszenski bona sua Omnia mobilia et immobilia in hereditate Proszanka Baranki consistentia se post olim Nobilem Simonem Proszenski fratrem suum germanum et olim Nobili Hedwigim filiam